

*Actium Egyri
proposito est.*

Aegyptus.

Alexander magnus.

Ad omnia felix.

Octavius.

Monarchia.

Historie diuīsio.

Cornelius Sylla.

Sempronius Grac.

Triumviri. Chus.

Cleopatra.

Historie principium
origo legis agrarie.

Diuīsio telluris.

longe precellens: cui libya ex sorte obuenet at dignitate spoli-
auit. Postea Antoniū circa Actiū bello uicit: cui a Syria ad Io-
niū usq; sinū ademit principatū. Ad hęc igit̄ preterea tam in-
gentia: & admiranda: quę omnes fere i stupore uerterāt classe
peruectus egyptū cepit: quę & diuturnitate: & potentia post
Alexandrū longe inlyta regio ad ea: quę nūc cōtinet romano
imperio deesse uidebat. Ob has res Augustus: q̄q in opere ad-
huc esset uocatus: & primus a romanis eo nomine quo C̄esar
appellatus. Caio etiam potentiorē patrię sese exhibuit: genti-
busq; uniuersis imperio p̄fuit: nullius deinceps electiōis: aut
creationis: aut obsequiū indigus. Procedēte deinde tempore cū
ad summū tetū puenisset ad omnia felix: ac tremendus genus
ex se: & heredes: qui imperio p̄cessent dereliquit. In hūc igit̄
modū uarijs ex dissensionibus romanorū res publica ad concor-
diā tandem monarchiamq; peruenit. Hęc omnia quemadmo-
dū gesta sunt ex ordine descripsi: quę admiratione potissimū
digna habent: in unū colligens: ut cōtentioñē uirorū maximā:
imperandi cupiditatē uehementissimā: & patientiā pene in-
tolerabilē intelligere uolentibus offerrem: formas quoq; ma-
lorū infinitas explicarem: maxime cū mibi egyptiam historiā
res antecedentes: deinde in eam finientes necessarium sit ante
scribere. Aegyptus quippe per dissensionē capta est Antonio
Cleopatrę ferente auxilia. Diuidunt̄ hęc autē ob multitudinē
in hunc fere modū. Quęcunq; supra Cornelii Syllam a Sem-
pronio Graccho: deinde quę ab his ad Caij C̄esaris interitum.
Reliqui ciuiliū bellorū libri quęcunq; Triumviri ad inuicē: &
in romanos gessere: usq; ad ultimū: & maximū eorū facinus a
C̄esare gestū circa Actium cōtra Antoniū simul: & Cleopatrā
cōtinent: quod principiū egyptię erit historię. Romanī italiā
p partes bello uendicantes telluris portiones inter se diuiserāt:
In hisq; uel cōdiderāt urbes: uel ubi cōdite prius fuerāt: ipsi co-
lonos lorte deduxerāt: & has quidē p̄ficioꝝ causa munierāt.